Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25974
Copyright: Admont, Benediktinerstift

uirtutes eius. quia non egissent peniten-
Cassiodorus psalm. xliiii. tiam. Exprobrare est in faciem maledi-
cere; obloqui uero est absentem dolose
mordere. Exprobrat itaque dominus ad cor-
rectionem predicendo uentura non op-
tando mala. Ve tibi corozaim; ue
tibi bethsaida. Quia si in tyro et sydo-
ne facte fuissent uirtutes que
facte sunt in uobis olim in cilicio et ci-
nere penitentiam egissent. Verum-
tamen dico uobis tyro et sydoni re-
missius erit in die iudicii quam
l uobis. Ve tibi .i. dampnatio erit tibi.
Chorozaim et bethsaida urbes sunt
galilee in quibus dominus signa fecit
quando circuibat uicos et ciui-
tates curando infirmos ut su-
pra dictum est. His preferuntur tyrus
et sydon qui tantummodo naturalem le-
b gem habuerunt. Tyrus ac sydon quon-
dam amice dauid et salemoni euangeli-
zantibus christi discipulis crediderunt. tan-
taque fide deuocione susceperunt.
ut paulum apostolum a tyro abeuntem
cuncti ciues cum uxoribus et filiis pro-
sequerentur usque ad naues. Cilici-
um quod de pilis caprarum texitur me-
moriam peccati asperi pungentis
significat in cinere autem conside-
ratione mortis. per quam tota huma-
ni generis massa in puluerem est redi-
genda dominus demonstrat. Porro in
sessione apud lucam humiliationem de-
signat. de qua psalmista ait. Sur-
gite postquam sederitis. Quod est dicere. Hu-
miliamini sub potenti manu dei;
ut uos exaltet in tempore uisitatio-
nis.

Et tu capharnaum numquid usque
in celum exaltaberis. Usque in in-
fernum descendes. Vel ideo dimer-
geris quia exaltata es superbe resis-
tendo mee predicationi. Vel ideo quia
exaltata hospitio meo fama uir-
tutibus quas uidisti credere nolu-
isti. Exaltata fuit ut lucas ait m
usque ad celum; secundum reputationem
uidelicet illorum qui existimabant quod
ideo saluari posset quia multas
uirtutes christi uidit. Sed quanto
pluribus signis insignita est tanto
magis plectetur cum non crediderit.

Quia si in sodo-
mis facte fuissent uirtutes
que facte sunt in te forte
mansissent in hunc diem. Utique non
contigisset eis subuersio si inter-
uenisset correctio. Quod autem dominus cap. lxxxviii